



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. II. Reliqui ex subtilissimâ Familiâ Doctores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

N. Undecimus est Bordonus vir multiformis
 116. doctrinae, & in re morali, immo in utroque
 Bordon. jure, ut ejus opera ostendunt, versatissimus;
 hic igitur Author in *Propugnac. Opin. Probabilis*
cap. 3. n. 4. ait: Communis sententia est
 invincibilem ignorantiam excusare. Ecce
 judicium reflexum æquivalens huic directo,
 Invincibilis ignorantia excusat: & n. 13. se-
 quitur nostram sententiam, quod actus se-
 quens ad conscientiam invincibiliter erran-
 tem sit bonus, & pro eâ citat P. Sanch. *lib. 1.*
 P. Sanc. *cap. 12. n. 17.* Cornejo, Malder. Lorcam,
 Correj. Patqual. *disp. 63. n. 109.* ergo (infero ego)
 Malder. erit etiam bonus actus sequens ad judicium
 Lorca. invicibile de objectivâ probabilitate boni-
 Pasqu. tatis: & *cap. 4. n. 27.* ait, quod sententia do-
 cens, hanc regulam, In dubio meliorem esse
 conditionem possidentis, locum habere
 etiam respectu aliarum virtutum, sit multum
 probabilis, & solidè, & breviter solvit
 argumenta opposita; quod idem facit *cap. 30.*
 & *cap. 5. n. 10.* ait omnes docere, quod quis
 esse debeat moraliter certus de probabilitate
 opinionis, ut licitè ponat opus; immo *cap.*
18. n. 50. etsi nobiscum sentiat, nullum re-
 quirere judicium reflexum de certâ licentiâ
 usum opinionis probabilis, sed ipsam opinio-
 nem subjective probabilem esse certam cer-
 titudine prudentialis veritatis, quamvis ad-
 mitteretur, cuique opinioni intrinsecam esse
 formidinem actualem, ut supra dixerat n.
 30. ex P. Vasqu. 1. 2. d. 62. *cap. 5. n. 26. &*
27. quia formido actualis non excludit as-
 sensum determinatum alterius partis: non
 ideo negat fati esse solum judicium reflexum
 certum de objectivâ probabilitate: &
Fundam. 1. n. 7. rectè ait, quod probabili-
 tas in opinione nec oritur à lege, nec à salu-
 te animæ, nec à comodo, nec ab utilitate,
 nec à libertate, nec à voluptate; (hæc enim
 omnia ad summum sequuntur ad probabilitatem)
 sed à solidâ ratione; & n. 37. rectè
 impugnat Cotonium Scotistam virum aliàs
 egrégium, cujus humilitatem non minus,
 quam doctrinam miratus sum; non enim de-
 dignabatur vir doctus post sua Typis evul-
 gata adire; immo quasi discipulus audire
 meos in Collegio Romano Theologiæ Magis-
 tros: hic igitur vir *lib. 1. contr. 5. de Consc.*
cap. 5. dicit, omnes T. T. & Philosophos an-
 tiquos frequentius usurpasse probabile pro-
 co, quod est probabilis; & quod minus
 probabile, non putarint probabile. Sed ejus
 pace, contra illum stat tum textus Aristote-
 lis, quem pro se citat, nam ait, *ex probabi-*
libus, ait, *magis*, ait, ut *plurimum*: ergo di-
 stinxit inter probabile, & probabilis; quod
 idem præstat in textu sæpe citato, dum ait:

Probabilia sunt, quæ probantur, aut omni-
 bus, (ecce probabilissimum) aut pluribus,
 (ecce probabilis) aut certè sapientibus, (ec-
 ce probabile) aut iis, aut omnibus, vel plu-
 rimis, (ecce iterum probabilissimum, & pro-
 babilis) vel iis, quorum spectata est, & per-
 fecta sapientia: (ecce probabile) ergo Arist.
 distinxit inter probabile, & probabilis, nec
 solum probabilis putavit probabile. Tum
 quia stant contra eundem ferè omnes Do-
 ctōres, quos dedi hæc Disputatione. Legit Bor-
 don. *Fundam. 1. n. 43. ad 65.*

Sed magis ad rem accedamus. Bordonus N.
 in *Praxi Criminali cap. 3. de Visis. Regularum*
sect. 1. n. 49. respondens quæsitō ait: Præsti-
 mi potest probabiliter non comprehendi de-
 licta occulta nulli nociva: & *l. c. n. 68.* dicit,
 quod verior, & probabilior sit sententia de
 non præmittendâ correctione fraternâ; et
 oppositam vocet communiorem: & *ibid. sect.*
4. n. 22. quærens, an delicta noxia commu-
 nitati possint denuntiari, omniâ correctione
 fraternâ, ait: Est Divi Thom. & commu-
 nis, quod possit. Ecce directè dicit quod alij
 dicunt, non quod alij dicunt. Et *ibid. cap. 6.*
n. 1. ait: Est communis sententia sine con-
 tradictore: & *ibid. cap. 19. n. 39.* opposi-
 tam proprie vocat communissimam: & *cap.*
50. n. 19. Dicendum ex probabiliori opinio-
 ne testem non teneri ad restitutionem ex
 culpâ veniali: & in *Sacro Tribunali cap. 9. de*
Heresi n. 50. ait, opinionem tuentem neces-
 sariam aliquam cognitionem de malitiâ, aut
 obligatione, distinctam à debito sciendi, ut
 quis peccet, esse viorem. Abstineo à reli-
 quis, quæ habet Bordonus in suis Tomijs
 quamvis enim pleraque quæsitâ resolvat di-
 rectè, attamen aliqua non nisi reflexè, &
 plerumque indicat probabilitatem oppositæ,
 etsi ejus argumenta solvat; per illum autem
 licitum est omne certò probabile prædicere.

§. II.

Reliqui ex subtilissimâ Familiâ Doctores.

SUMMARIUM.

Mastrius à n. 118. ad 124.
 Plurima resolvit per probabilitatem veritatis, n.
 119.
 Ait necessarium non esse judicium de veritate, n.
 120.
 Resolvit per communitatem opinionis, n. 122.
 Torrecilla plerumque appellat ad probabilitatem
 objectivam, n. 125.
 Franciscus de Ruvere Generalis, Cardinalis, &
 Papa solâ probabilitate utitur, n. 126.
 Corella ad solam probabilitatem convolat, n. 127.
 Idem præstat Nensser, & Porestais, n. 128.
 Duo.

N. 118. **D**uos Scotistas florentissimos. Hic Au-
thor tom. 1. in 1. disp. 6. de *Visione beata*, quaerens quomodo Dei essentia concurrat ad productionem speciei impressae sui ipsius, ait n. 19. Licet haec sententia probabilitatem aliquam preferat, & utriusque extremae sententiae incommoda vitet, probabilius tamen est, &c. Et n. 34. ait: Longe verior, & probabilior, ac magis de mente Doctoris est sententia, &c. Et n. 102. ait: Licet probabile sit lumen gloriae non esse quid habituale, sed solum actuale auxilium, &c. probabilius tamen est, & Concilio Viennensi consonantius, lumen gloriae esse habitum. Immo num. 107. trahens argumentum contra suam conclusionem ait n. 108. Si per has rationes praetendunt RR. probabiliorum esse sententiam, quod lumen gloriae sit habitus, concedimus; si quod pars opposita non sit probabilis, negamus. Ecce: unice loquitur, & resolvit questionem per probabilitatem.

N. 119. **E**t tom. 2. in 2. disp. 1. qu. 2. n. 3. §. *nam*
hanc questionem. ait: Dixi disp. 3. *Phys. qu. 5. art. 2.* probabile esse non solum actus super-naturales, sed etiam habitus educi de potentia sui subjecti. Notat autem n. 68. §. *Respondet*, quod etsi asserat hoc esse probabile, non tamen asserit esse magis probabile: & disp. 2. de Angelis n. 147. ait: Dico 2. valde probabile esse Angelis ab initio fuisse infusas species naturarum in hoc mundo existentium: & n. 148. assignans rationem cur dicat esse valde probabile, ait: Quia oppositum non est certum: & n. 216. ait: Satis probabile diximus, quod Angeli solo numero inter se differant: & n. 238. (non autem 138. est enim error Typographi, quem alius subsequenter communicat) ait: Spectata ratione naturali probabilius est, quod Angeli possint naturaliter cordium secreta cognoscere: & disp. 3. n. 43. ait: Dico 1. probabiliter sustineri posse Angelos cum aliqua tali inconsideratione peccasse, etiam de mente Scoti: & n. 45. ait: Dico 2. adhuc probabilius esse Angelum ex nulla tali inconsideratione peccasse: & disp. 4. n. 35. ait: Probabilior sententia est, quod in statu innocentiae soli electi fuissent producendi.

N. 120. **S**imiliter in 2. disp. 5. qu. 2. de *Consc. prob.*
ait n. 49. Cum igitur ut homo licite opere-tur, & prudens habeat iudicium, quo dicat, hic, & nunc hoc mihi licet, minimè opus sit praesupponi iudicium, quo veritati opinionis assentiatur, sed sufficiat iudicium, quo assentiatur ejus probabilitati, planè stan-te probabilitate opinionis, quod actus sit il-

licitus, ac ut tali cognitâ per examen fun-damentorum ejus, poterit adhuc licite con-trarium sequi, specificantem actum pro li-cito; licet enim in tali casu exerceat actum, quem aestimat probabiliter illicitum speci-ficativè, non tamen reduplicativè, nam illum exerceat ut à se existimatum licitum reduplicativè. Haec ad verbum. Ecce non tantum praxis nostrae sententiae, quatenus re-solvit dubia per solum probabilitatem, ut fe-cit *locis antecedentibus*, sed in terminis nostra sententia de non necessitate iudicij directi. Rursum n. 129. §. *verum*, ait: Quando dici-mus in exercitio partis probabilis intervenire debere iudicium certum, & evidens etiam physicè, quod actio sit licita, & honesta, non intendimus, quòd tale iudicium dire-ctè, & immediatè feratur in honestatem ob-jecti secundum se, ex. gr. hujus contractus, sed in probabilitatem honestatis; ita ut sensus sit, est mihi certum, & evidens hunc contractum esse probabiliter licitum. Ecce certitudo, & evidencia de probabilitate satis est. Immo addit n. 130. rem valde notandam, nempe quòd iudicium certum, & evidens requisitum à Reflexivis non feratur in veritatem harum praemissarum, sed in solum probabilitatem veritatis earum; ex. gr. Licet se-qui omnem certò probabilem; haec est talis; ergo licet eam sequi. Ecce maioris veritas, ait Maltrius, non est certa, sed tantum cer-ta, & evidens est probabilitas veritatis eju-dem maioris. At ceteri Reflexivae volunt eam maiorem non tantum esse certò probabilem, sed certò veram in se. Sanè si satis es-set certa probabilitas, facile esset formare syl-logismum quoad omnes partes certum; cum autem hoc facile non sit, saltem supposità probabilitate sententiae Anti-Probabilita-rum, hinc sequitur non satis esse, ut praemissae syllogismi necessariae ad formandum certum de licentia operationis iudicium sint certò probabiles, quin debent esse certò ve-ræ. Hæc obiter. Subdit idem Maltrius n. 130. hoc idem suo iudicio docuisse P. Vasqu. & P. Sanc. dicentes, satis esse iudicium proba-bile, excludendo tantum certitudinem de veritate opinionis, non de probabilitate. Ec-ce iterum in terminis, tum mea sententia, quòd satis sit iudicium directum subjectivè probabile de certitudine veritatis; (tale enim iudicium probabile est firmum, & certum de probabilitate) non autem sine reflexo de certitudine probabilitatis; tum sententia, quam modò doceo, quòd satis sit reflexum de certâ, & evidenti objectivâ probabilitate iudicium sine directo.

Rursus in 2. disp. 5. n. 177. ait: Commu-

nis sententia docet actum humanum sumere bonitatem, vel malitiam ab objecto. Ecce nil alicui directè; etsi ejus rationes directè probent, quod actus humanus sumat bonitatem, aut malitiam ab objecto; ergo assensus reflexus de cõmunitate opinionis æquivaleret directo de veritate. Eodem prorsus modo discurrit *n. 253. & n. 299. & n. 310.* his enim in locis iudicium reflexum de probabilitate æquivaleret directo: & *disp. 7. qu. 9. art. 1. ait:* Opinio negans, quod ut opera justorum sint meritoria de condigno, fieri debeant ex imperio charitatis, ostenditur probabilis ex solutione rationum adverstantium; & *art. 2.* Opinio affirmans ostenditur quoque probabilis ex solutione objectionum negantis: ecce per hoc, quod affirmans solvat rationes negantis, vocat probabilem; & per hoc, quod negans solvat rationes affirmantis, vocat probabilem; ergo solutio objectionum, juxta Mastr. inservit probabilitati, non veritati opinionis propriae.

N. 122. Mastr. Et in *3. disp. 1. n. 169.* contentus est iudicio reflexo de cõmunitate opinionis: & *disp. 3. n. 43.* ait: Quamvis opinio negativa communior sit probabilior, affirmativa tamen probabiliter defendi potest: (loquitur de pura omissione, num sit meritoria præmij supernaturalis) & *disp. 6. de Virtut. Theolog. n. 185.* ait: Hanc sententiam tradidi ut probabilioem: & *n. 273.* agens, & admittens piam affectionem, & quærens, an requiratur in voluntate habitus infusus ad fidei actus imperandos, ait: Dico 2. pro resolutione quæstionis difficile esse assignare in voluntate specialem habitum infusum ad imperandos fidei actus; & adhuc difficilius explicare, quamnam sit hæc virtus. Ecce non resolvit quæstionem per iudicium directum negativum, sed per reflexum supra difficultatem ejus habitus, & supra maiorem difficultatem, ad quam virtutem habitus ille pertinere deberet: & *qu. 16. art. 1.* ait: Etsi prima sententia sit valde pia, & probabilis, secunda tamen est longè probabilior, nempe quod post sufficientem Evangelij promulgationem necessaria sit necessitate mediij ad salutem, & justificationem fides explicita Christi Mediatoris, Divinitatis, mortis, & resurrectionis: & *qu. 18. n. 468.* ait, satis probabile esse etiam in Scoti sententiâ, quod spes in Beatis maneat quoad habitum, non quoad omnes actus. Ecce qualiter per solam probabilitatem decidit dubia tum speculativa, tum moralia.

N. 123. Mastr. Et in *4. disp. 1. de Sacram. n. 198.* ait, probabiliter defendi posse characterem esse formam realem relativam; probabilius ta-

men esse, quod sit forma absoluta: & *n. 299.* ait, verifimilius esse nulla futura fuisse Sacramenta in statu innocentie, si durasset: & *disp. 2. qu. 45. art. 1.* ait, affirmativam sententiam, ut probabiliorem, & magis piam doceri à Scoto, nempe quod Principes Christiani licite possint baptizare infantes infidelium sibi subditorum, etsi invitorem, cum cautela tamen, quam ibi declarat: & *ibid. n. 201.* ait, probabile esse, quod martyr in aliquo casu satis in adulto sit, ut recipiat gratiam habitualem, si adultus ignoret necessariam esse attritionem de previjs mortibus: & *disp. 3. de Euchar. qu. 17. n. 407.* ait: Quamvis utraque opinio affirmans, & negans maiorem per utramque speciem conferri gratiam, sit probabilis; & negata sit communior, affirmativa tamen mihi videtur probabilior: & *disp. 4. de Ordine n. 23.* ait: Dico 4. esse etiam valde probabile, quod quatuor Ordines minores veram Sacramenti rationem habeant: & *qu. 7. n. 130.* probabilis esse, quod effectus remissionis peccatorum participetur ab Animabus Purgatorij infallibiliter, & certa lege, & ex opere operato, medio Missæ sacrificio, & non tantum per modum liberalis impetrationis: & *disp. 5. de Pœnit. n. 215.* ait, satis pium, & probabile esse, hominem teneri penitere formaliter, aut virtualiter de peccatis dimissis, quoties deliberatè recordatur: & *n. 470.* ait: Probabilis puto cum Fabro, Beato, & alijs dari præceptum Divinum confessionis vocalis, nec erubescantiam excusare, ut quis ea scripta consignet, sed solam impotentiam: & *qu. 18. art. 1.* postquam retulit utramque sententiam, unam negantem, aliam affirmantem obligationem fatendi circumstantias aggravantes, ait *n. 480.* Utraque sententia probabilis est, & in praxi tuta, etsi deinde negantem tueatur, ut probabilioem: & *n. 491.* ait, quod communior, & probabilior opinio tueatur infirmo laboranti in loquendo satis esse, ut dicat in genere se peccasse, & taliter loqui impeditum absolvi potest: & *n. 498.* ait: Communior, & probabilior affirmat circumstantiam complicitatis esse manifestandam, ut confessio sit integra, præsertim si complici nullum damnum sequatur, quam infamia apud Sacerdotem. Ecce in his, alijsque locis, quæ habet in 4. agens de Sacramentis in particulari frequenter suspendit in moralibus iudicium directum, appellans unice ad reflexum.

Demum idem Mastrus in sua *Theologia N. Morali*, ubi omnia per modum dubij proponit, sæpissime suspendit iudicium directum, contentus solo reflexo; & quidem non

non agit de rebus speculativis, sed de practicis, seu de honestate, aut non honestate operis: ita *disp.* 1. de Consc. n. 26. In suspensio iudicio directo ait: Probabilius est hominem invincibiliter putantem, utramque partem contradictionis esse peccatum, non peccatum, quamcumque eligat: & n. 39. nihil dicere dicit, sed unice dicit Scotum hoc, & illud sentire, & hoc ipsum satis putat ut quis ponat, aut omittat tale opus: Simili modo loquendi utitur n. 47. vel dicendo, conveniunt communiter Doctores, & per hoc supponit licitum opus; vel dicendo, ut ait *disp.* 2. de Legib. n. 14. Communis sententia T. T. & Juristarum est, quod de essentia legis ut distincta à præcepto sit perpetua, per hunc enim modum loquendi supponit satis exprimi licentiam operis. Similiter *L. c.* n. 18. per hoc, quod dicat, Communis sententia tenet, quod promulgatio sit tantum conditio, idem est, ac si diceret, Promulgatio est tantum conditio: & n. 65. per hoc, quod dicat, Secunda sententia asserit, quod lex Evangelica cœperit die Pentecostes, quia eo die promulgata fuit, & occurrat rationibus probantibus eam inceptisse die mortis Christi D. idem est ac si diceret, Incepit die Pentecostes: & n. 96. ait. satis probabile est, quod lex humana non tantum præcipiat actus internos, qui solum necessarij sunt, ut principia, quoad esse materiale externorum, sed etiam quoad esse morale virtutis, & vitij, & n. 3. ait: Communis sententia est, quod Legislator non teneatur suis legibus quoad vim coactivam; quia à nullo cogi potest, ut eas observet, aut ut non observando pœnas subeat; sed tantum quoad directivam, seu ex æquitate legis naturalis. Idem ait n. 113. de legibus Ecclesiasticis respectu Civilium: & n. 119. ait: Probabilior sententia tuctur peregrinos, & advenas teneri legibus loci, per quem transeunt; subdens, quod Caspenis oppositam putet, æquè probabilem: & n. 187. ait: Recepta sententia est dispensationem esse validam, licet dispensans peccet: & n. 210. Communior, & probabilior est, quod lex non cesset per hoc, quod negativè cesset in casu particulari finis legis: & *disp.* 3. de Just. n. 25. ait: Communis ferè omnibus R. R. sententia est, Beneficiarios fieri absolute dominos omnium proventuum suorum beneficiorum: & n. 30. Probabilior affirmat, quemlibet esse dominum suæ famæ: & n. 60. ait: Dicunt communiter DD. si bellum sit justum, bona hostium immobilia esse Principis; mobilia in actuali conflictu acquisita esse capientium, nisi sint bona Ecclesie: & *disp.* 4. de contra-

ctibus: Alij probabilius putant promissionem ex se obligare in conscientia sub mortali, nisi res promissa sit levis: & *disp.* 6. n. 26. Mihi magis placet opinio negans licere iudici dicere jus in eum, quem certo scit innocentem: & n. 40. ait: Utraque opinio est probabilis; & licet prima à C. de Lugo supponatur communior, & probabilior, secunda tamen non caret probabilitate: & n. 46. relatâ sententiâ negante obligationem universalem in Reo iudicè interrogato ut contra se fateatur verum crimen imminente sibi morte, aut simili pœnâ, aut eam esse Scottistarum, immò subdit, quod Cardinal. de Lugo *disp.* 40. *sect.* 1. dicat, quòd stando rationi sit longè probabilior oppositâ. Omitto alia adeo obvia, ut ultro occurrant Lectori; à quo peto, ut dicat, an scandalosum sit resolvere dubia speculativa, aut moralia per solam probabilitatem veritatis, maiorem, æqualem, aut minorem, omisso prorsus omni iudicio directo subjective probabilis, aut probabiliori de veritate. Sanè habebit, quod respondeat, si perpendat prudentiam Theologorum, quos deinde Torrecilla fatis His. N. panis notus in suis Lucubrationibus, qui sapissimè ad objectivam solam probabilitatem confugit, ut colligere est, vel ex solâ damnatarum ab Alex. VII. & Innoc. XI. expositione. Ita ibid. *rr.* 1. de Matrim. *consult.* 1. n. 30. ait: Probabilior sententia iudicat non requiri &c. & n. 95. ait: Probabile est, quod in 1. ex damnatis ab Innocentio non comprehendantur opiniones, quæ sunt in favorem poenitentis, ut iudicat Hozes in 1. damnatam: & n. 105. plures refert probabiles oppositas, earumque utrum admittit auctus objectivæ probabilitati earum: & n. 127. ait ex Lumbier probabile est, quòd exactiores non teneantur ad restitutionem: & *rr.* 2. de Pœnit. *consult.* 1. n. 13. ait: Nulla est opinio magis communis, & recepta, quàm quæ docet Confessarium posse licitè absolvere cum jurisdictione probabilis, immò minùs probabilis, & minùs tutâ: & ibid. *consult.* 3. n. 8. ait: Probabilissima est sententia, quod Ecclesiastici sæculares à solâ lege Ecclesiastica, non autem à voto Ordinis annexo, in sacris constituti, ad castitatem obligentur: & n. 10. ait: Adde probabile esse, quòd non sit &c. & ibid. *consult.* 4. n. 14. Reputo probabilem sententiam &c. & n. 39. Valdè probabile est, quòd per virtutem Bullæ &c. & ibid. *consult.* 5. n. 137. ait: Tertia sententia non tantum est probabilis, quin est evidenter probabilis etiam practicè. Abstinco à reliquis, quæ habet tum Tomo de exami-

Scot.

Maltri.

C. de Lugo.

M. str. C. de Lugo.

125. Torrec.

Inn. XI.

Hozes.

Lumbi.

Torrecc.

examine jurisdictionis Episcopalis, tum in Summâ, tum alibi.

N. 126. Decimusquartus est Franciscus de Ruvere totius Seraphici Ordinis Commissarius Generalis, postea Cardinalis, demum Summus Pontifex, qui in celebri Thomistas inter & Scotistas controversiâ, an in triduo mortis Christi D. Sanguis fuerit unitus Verbo; dictus de Ruvere relatus à Cardin. de Lugo *disp. 14. sect. 1.* dixit: Tertia veritas est ista, etiam à Christi sanguine, quamdiu fuit ejus corpori unitus, Deitas separata non fuerit; ab eo tamen effuso, Divinitatem fuisse separatam probabiliter confitemur. Ecce per probabilitatem resolvit; idem enim est probabiliter confitemur, ac probabile nobis est, quod sanguis effusus fuerit à Divinitate separatus. Scio Matrium tueri oppositum in 3. *disp. 1. n. 200.* dicens, eundem de Ruvere, non nisi ut probabilem suam opinionem exposuisse, à quâ plerique Scotista discedunt: ergo ad rem nostram sola objectiva probabilitas sufficit ad dubij solutionem.

N. 127. Decimusquintus est Didacus Corella Animarum zelo, & doctrinâ clarus, qui in libro, cui titulus est, Praxis confessionis, & explicatio damnatarum, editione duodecimâ, pleraque resolvit per solam probabilitatem; ita 1. p. Dialogi inter Confessarium, & poenitentem in *exordio n. 3.* ait: Respondeo poenitenti, opinionem communem contra communem esse, quod poenitens possit tacere peccatum cum complice, si Confessor sciturus sit complicem: & *tr. 1. cap. 1. n. 10.* relata unâ opinione dicit: Hoc non obstante, opposita est probabilior, tuta, & communis: & *n. 12. ad 16.* per solam probabilitatem opinionis tuentis Regulares posse à casibus occultis in Bulla Cœnæ reservatis absolvi, dubium resolvit, & citat Cursum Moralem PP. Carmel. Discalc. *tr. 18. de Privileg. cap. 4. pun. 2. §. 11. n. 128.* ubi legitur, posse Regulares Confessarios absolvere facculares ab omni casu, & censurâ, quæ in Bulla Cœnæ continetur, hæresi exceptâ, si dicti casus occulti sint: & subdit, quod eadem opinio judicetur probabilis, immo probabilior à Torrecilla, à Prado, & alijs. Ecce Corella & omnes citati resolvunt dubium per probabilitatem: & *tr. 2. cap. 1. n. 25.* ait: Hoc non obstante, probabilior est, quod effectu secuto teneatur promissum ob turpem causam solvere: & *n. 43.* ait: Probabile puto non teneri ingredi aliam Religionem: & *tr. 4. cap. 2. n. 19.* neutram probabilem opinionem refutat, referens utriusque probabilitatem, tam opinionis negantis licet

tum patri negare dotem filie, quæ indignè nupsit, quàm affirmantis: & *tr. 5. n. 3.* judicat cum Bassio, & Leandro à SS. Sacram. probabile, quod mala physica, quæ quis à Leali teri imprecatur, non distinguantur specie morali, adeoque latis sit in confessione dicere, se malum grave desiderasse: & *n. 35.* ait: Probabile est, quod procurans abortum non incurrat ante sententiam decilivam judicis poenas à jure Canonico determinatas: & *tr. 6. n. 63.* relata ut probabili opinione Scoti, & P. Sanch. *lib. 7. de Matrim. disp. 25. n. 2.* quod votum solemne non differat specie à simplici voto castitatis, subdit: Tutor est opposita, quod explicanda sint in confessione peccata; immo ait ibidem utramque opinionem esse probabilem: & *tr. 7. n. 46.* ait: Licet inter DD. commune sit, quod cooperans furto rei divisibilis, etiam non fuerit causa efficax, peccet mortaliter concurrente, & quod quilibet teneatur in solidum, probabile tamen etiam est quod, si non fuerit causa efficax, non peccet mortaliter, si materia sui furti sit levis: & relatis DD. ait, quod P. Lessius *lib. 2. de Just. cap. 13. dub. 2. n. 8.* putet hoc esse probabile; & *ibid. n. 55.* ait: Hoc non obstante, oppositam judicat valde probabilem Villalobos *par. 2. tr. 11. diff. 7. n. 6.* & *ibid. n. 98.* referens ex Soto *lib. 4. de Just. qu. 7. art. 2. §. Dubium an tem est:* Crediderim namque in foro conscientie levem culpam commodatarij non obligare eum ad restitutionem, nisi sit moralis apud Deum; cujus Soti opinionem probabilem putat P. Lessius *lib. 2. de Just. dub. 8. n. 43.* & Corella de eadem ait: Non nulli videtur improbabilis.

At cur paginas fatigo, cum manibus omnium terantur Scotista doctrinâ, & virtutibus celebres? Legatur Marchantius Generalis Commissarius Minorum in suo Tribu-nali, Heritex in quadruplici sua Theologiae Tomo, Pontius in Curtii Theologico, & in Cõmentarijs ad Scotum, Bruno Neuli in sua absolutissima Theologo-Morali Canonica Polyanthea, vir eximie doctus, eruditus, & prudens, qui quasi semper suspenderit judicium directum, & ad solum retezum appellat, dicens: *Velut certum: velut probabilis: velut probabile:* Felix Porellatus, tum in Examine Confessariorum, tum in Examine Ordinandorum, vir clarus, & expeditus, ex quo duo tantum loca recito. Primus est ex *tom. 3. in Exam. Ordin. n. 323.* ubi relata duplici sententiâ, unâ negante licitum esse celebrare sine lumine in altari posito, distincto a lampadibus extra altare accensis, quam tuetur Card. Bellar. P. Bulsemb. C. Reba P. Tam-

P. Tab. P. Tambur. in Methodo Missæ lib. 1. cap. 1. altera tueri licere in casu necessitatis, ex gr. dandi Viaticum, Felix resolvit modaliter dicendo: Puto probabilius licere. Alter locus l.c. à n. 350. ubi quoque relatâ sententiâ, unâ Divi Thomæ tueri, quod Sacerdos, five ante, five post sumptionem, advertens non esse vinum, sed acetum quod obtulit, & sumpsit, tenetur non tantum vinum, sed novam Hostiam consecrare; alterâ Scoti in 4. dist. 8. part. 3. litt. H. negantis consecrandam novam Hostiam, sed satis si vinum consecratur, ait Felix, utrumque modum esse aptum: Divi Thomæ, si in loco privato; Scoti, si in publico celebretur. Præterea alios Scotistas ubique notos, nempe Bosco, Brancat. Cottonium &c. quibus enim citati à me Scotista non sunt, nec citandi, satis erunt.

SECTIO IV.

Doctores Societatis Jesu quid senserint.

§. I.

Aliqui.

SUMMARIUM.

P. Molina solvit per probabilioritatem, n. 129.
 P. Vasquez utitur judicio reflexo, n. 130.
 P. Azor, n. 131.
 P. Valent. Judicem ad probabilioritatem obligat, & satis ei judicium de probabilioritate, n. 132.
 In illis, in quibus tenemur ad probabilioritatem, satis, & necesse judicium de probabilioritate; in illis verò, in quibus licet probabilis, satis de probabilioritate, ibid.
 P. Valentia utitur judicio reflexo, n. 133.
 P. Sanch. solo judicio reflexo de probabilioritate resolvit, n. 134.
 Obligat subditum obedire etiam stante proprio judicio, ibid.
 Advertentia ex P. Sanch. pro Authorum intelligentiâ, n. 135.
 Ultima opinio, si non reprobetur, censetur approbari, ibid.
 Card. Bellarm. utitur judicio reflexo, n. 136.
 Card. de Lugo, n. 137.
 P. Lessius, n. 138.
 P. Koning, n. 139.
 P. Granado, n. 140.
 P. Filiucius, n. 141.
 P. Arriaga, n. 142.
 P. Dicafillo, n. 143.
 P. Amicus, n. 144.
 P. Castro Palao, n. 145.
 DD. tuentes, quod judicium probabile de jurisdictione fundet licentiam absolvendâ, ibid.
 Tom. III.

P. Platelinus pleræque resolvit per probabilioritatem n. 146. 147.
 DD. tuentes contritionem mereri primum gradum gloriæ, non gratiæ, ibid.
 DD. tuentes fidem explicitam Trinitatis, & Incarnationis esse nunc necessariam necessitate mediæ, n. 148.
 DD. negantes esse eo modo necessariam, nisi in re, vel in voto, ibid.
 Probabilitas opinionum liberat Cōfessarios magnâ molestiâ, ait P. Molina, ibid.
 P. Moya solâ probabilitate objectivâ contentus, n. 150.
 Ait, quod si satis est judicium subjective probabile, etiam satis objective probabile, ibid.
 Idem dico de alijs Societ. Doctoribus, n. 151.

Pater Molina 1. p. qn. 54. membr. 4. & 5. N. apud Mastr. in 2. disp. 2. n. 119. etfi sequatur opinionem Thomistarum tuentium in Angelis intellectum agentem, & passibilem non dari, putat tamen opinionem Scoti affirmantis esse probabilioritatem: & tom. 3. de Just. tr. 3. disp. 56. relatâ opinione Soti tuentis, licitum occidere furem pro re magni valoris, etfi exigua sit spes eam recuperandi, ait: Neque id auferem condemnare, modo prius voce admoneretur, nisi non relinquit, esse interficiendum; immo semper consulendum, ne proximus eo eventu interficiatur. Ecce P. Molina non audet directe asserere, quod M. Soto asserit; sed dicit, non auferem condemnare, positus tamen circumstantijs à se additis; quod est suspendere judicium directum de veritate licentiæ. Hoc eodem reflexo solo judicio probabilitatis licentiæ sæpe utitur in alijs Tomis de Just. & Jure.

P. Vasquez Opusc. de Restit. cap. 2. §. 1. N. dub. 7. n. 28. ait: Mihi videtur certum contra Sylvestrum, quod non liceat, etfi animatus non sit: ecce suspendit judicium directum, accedens ad hoc solum reflexum, mihi est certum, quod non liceat; hoc autem non est formaliter idem, ac dicere, mihi est certo illicitum, etfi æquivalenter idem sit: & ibid. cap. 9. §. 1. dub. 5. n. 68. ait: Mihi placet opinio dicentium, quod qui notabilem furripit quantitatem, etfi sine ejus intentione, peccet mortaliter eo actu, quo notabile damnum intulit. Ecce affirmat sibi placere, quod est judicium reflexum: & de Beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 8. n. 78. ait: Mihi videtur, quod sit mortale in omnibus beneficijs prætermittere digniorem. Ecce dicit, mihi videtur, quod sit, quod est judicium reflexum supra probabilitatem, aut certitudinem opinionis directæ; non autem dicit, est mortale.